Roberto Carfagni

# NOVA EXERCITIA LATINA I

## AD VSVM DISCIPVLORVM QVI VTVNTVR
## FAMILIA ROMANA




SCHOLA · LATINA

Roberto Carfagni

# NOVA EXERCITIA LATINA I

AD VSVM DISCIPVLORVM

QVI LIBRO CVI INDEX EST

*FAMILIA ROMANA*

VTVNTVR

Nova exercitia Latina I
© Roberto Carfagni 2016.
Schola Latina, via San Pietro, 2,
83048 Montella (AV), Italia.
www.scholalatina.it
info@scholalatina.it

Omnia proprietātis iūra reservantur. – *All rights reserved.*

Opus cōnscrīpsit *Robertus Carfagni.*

Opus recognōvit *Thōmās Franciscus Bórri.*

Opus in pāginās dīgessit *Sergius Scala.*

Imāginēs quae in pāginīs 22, 23, 33, 34 et 37 atque in integumentō inveniuntur dēlīneāvit *Nadia Marano*; cēterae ex librō cui index est *Familia Rōmāna* dēprōmptae sunt.

Integumentum dēlīneāvit *Iōhannēs Capone.*

Prīma ēditiō: annō 2015.
Secunda ēditiō, ēmendāta ac paulō aucta: annō 2016.

ISBN 979-12-200-0036-9

Stampato in Italia. – *Printed in Italy.*

È assolutamente vietata la riproduzione totale o parziale di questa pubblicazione, anche attraverso fotocopie, così come la sua trasmissione sotto qualsiasi forma e con qualunque mezzo, senza l'autorizzazione scritta dell'autore.

# Index


Ad magistrōs discipulōsque ..... p. 7
Notae ..... p. 8
Capitulum prīmum ..... p. 9
Capitulum secundum ..... p. 11
Capitulum tertium ..... p. 13
Capitulum quārtum ..... p. 15
Capitulum quīntum ..... p. 17
Capitulum sextum ..... p. 21
Capitulum septimum ..... p. 29
Capitulum octāvum ..... p. 33
Capitulum nōnum ..... p. 39
Capitulum decimum ..... p. 43
Capitulum ūndecimum ..... p. 47
Capitulum duodecimum ..... p. 53
Capitulum tertium decimum ..... p. 59
Capitulum quārtum decimum ..... p. 63
Capitulum quīntum decimum ..... p. 67
Capitulum sextum decimum ..... p. 73
Capitulum septimum decimum ..... p. 77
Capitulum duodēvīcēsimum ..... p. 81
Capitulum ūndēvīcēsimum ..... p. 85
Capitulum vīcēsimum ..... p. 89
Capitulum ūnum et vīcēsimum ..... p. 93
Capitulum alterum et vīcēsimum ..... p. 99
Capitulum vīcēsimum tertium ..... p. 103
Capitulum vīcēsimum quārtum ..... p. 107
Capitulum vīcēsimum quīntum ..... p. 113
Capitulum vīcēsimum sextum ..... p. 117
Capitulum vīcēsimum septimum ..... p. 121
Capitulum duodētrīcēsimum ..... p. 127
Capitulum ūndētrīcēsimum ..... p. 135
Capitulum trīcēsimum ..... p. 145
Capitulum ūnum et trīcēsimum ..... p. 149
Capitulum alterum et trīcēsimum ..... p. 153
Capitulum trīcēsimum tertium ..... p. 161
Capitulum trīcēsimum quārtum ..... p. 173
Capitulum trīcēsimum quīntum ..... p. 177
Index grammaticus ..... p. 179

Exercitātiō intellegendī prūdentiam acuit.

Cfr. CICERŌ, *Dē ōrātōre* I, 20, 90.

## *Ad magistrōs discipulōsque*

Quattuor ferē exācta sunt lūstra ex quō quattuordecim annōrum puer Oerbergiī librōs quibus index est *Lingua Latīna per sē illūstrāta* prīmum attigī, in Italiae lycēō, quod dīcitur, tunc discipulus. Magister vērō iam prīdem factus, eius librōs in docendō ūsurpāre coepī, quī ut mihi discipulō ōlim magnopere prōfuērunt, ita magistrō nunc prōsunt certēque prōderunt.

Quae quantaque sint illōrum librōrum commoda nēmō est quī nōn videat, plūrimīque sunt in tōtō terrārum orbe quī testārī possint sē Oerbergiō duce ad auctōrum intellēctum gradātim pervēnisse.

Cōgitantī igitur mihi quōnam modō et grāta meī animī sēnsa Oerbergiō, quī nōn ita prīdem ex hāc vītā migrāverat, dēmōnstrārem et, ut quondam ille mihi, ego quoque dis-cipulīs et magistrīs prōdessem, hunc libellum cōnscrībere in mentem vēnit.

Ergō quasi lūsitāns ūnum abhinc annum haec pēnsa compōnere coepī, Oerbergiī secūtus exercitiōrum genera sed etiam, haud ignōrāns puerōs puellāsque varietāte dēlectārī, nova excōgitāns, eō praecipuē cōnsiliō ut discipulī, in rēbus grammaticīs quam saepissimē sē exercentēs, eās fīrmius et, ut ita dīcam, rādīcitus perdiscerent.

Huius autem libellī exercitia discipulīs perficienda sunt post singula integraque *Familiae Rōmānae* capitula lēcta, melius quidem sī post exercitia cōnfecta quae ipse Oerbergius cōnscrīpsit, quaeque eō volūmine continentur quod est *Exercitia Latīna I*.

Hic libellus, cui cōnsultō index est *Nova exercitia Latīna I*, nē quis vetera exstāre oblīvīscātur, quāliscumque est, Sergiō Thōmaeque grātō animō dicātur amīcīs, ut saepe in variīs vītae vicissitūdinibus expertus sum, vērīs, quōrum alter suā perītiā auxiliōque effēcit ut tālem habēret speciem, alter vērō māximā dīligentiā benignāque patientiā atque altā doctrīnā effēcit nē plūra inessent menda, quae, sī quae sint, mihi scīlicet ūnī tribuantur.

Eat tandem meus ōlim, nunc vērō omnium quī voluerint, libellus studiōsae iuventūtī prōfutūrus.

Montellae, in agrō Abellīnēnsī, diē XVI mēnsis Decembris annō MMXIV.

Robertus Carfāneus

* * *

Huius librī pāginīs iterum iterumque versātīs, et quibusdam amīcīs benignē suādentibus, paucissima quae inventa sunt menda corrēxī, pauca addidī, nōnnūlla dēnique eō cōnsiliō accommodāvī quō magis ad discipulōrum captum idōnea essent.

Montellae, diē V mēnsis Novembris annō MMXVI.

Robertus Carfāneus

## NOTAE

| | | | |
|---|---|---|---|
| abl. | ablātīvus | p. | pāgina |
| acc. | accūsātīvus | part. | participium |
| adv. | adverbium | perf. | perfectum |
| cēt. | cētera | pers. | persōna |
| cfr. | cōnfer, cōnferātur | plūr. | plūrālis |
| coni. | coniūnctīvus | plūsquamperf. | plūsquamperfectum |
| dat. | datīvus | praes. | praesēns |
| dēcl. | dēclīnātiō | sing. | singulāris |
| f., fēm. | fēminīnum | v. | vidē, videātur |
| fut. | futūrum | voc. | vocātīvus |
| gen. | genetīvus | = | idem atque |
| imp. | imperātīvus | ↔ | contrārium |
| imperf. | imperfectum | < | factum ex |
| ind. | indicātīvus | > | fit |
| īnf. | īnfīnītīvus | ~ | thema perfectī |
| m., masc. | masculīnum | ≈ | thema supīnī |
| n., neutr. | neutrum | 1., 2., 3. | persōna I, II, III |
| nōm. | nōminātīvus | [1], [2], [3], [4] | coniugātiō I, II, III, IV |

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



## CAPITVLVM TERTIVM

### Exercitium prīmum

1. Iūlia cant___.
2. Mārcus Iūli___ puls___.
3. Iūlia plōr___; Mārcus rīd___; Quīntus Mārc___ vid___.
4. Quīntus Mārc___ puls___.
5. Iūlia Aemili___ voc___; Mārcus Quīnt___ puls___.
6. Iūlius dorm___; Quīntus Iūli___ voc___.
7. Iūlius Mārc___ nōn aud___, neque ven___.
8. Mārcus plōr___; Iūlius Mārc___ aud___ et ven___.
9. Iūlius Mārc___ verber___.

| *acc.* | *verbum* |
|---|---|
| | -at |
| -um | -et |
| -am | -it |

### Exercitium secundum

*Exemplum:* Iūlia / Mārcus / pulsat
= Num Iūlia Mārcum pulsat? Iūlia Mārcum nōn pulsat.
Mārcus Iūliam pulsat.

1. Mārcus / Quīntus / videt =
2. Aemilia / Iūlia / vocat =
3. Iūlia / Aemilia / audit =
4. Quīntus / Aemilia / interrogat =
5. Mārcus / Iūlius / verberat =

| *nōm.* | *acc.* | *verbum* |
|---|---|---|
| | -um | |
| -us | -am | |
| -a | | -at |
| | | -et |
| | | -it |

### Exercitium tertium

1. Mārcus Iūliam puls____.
2. Quīntus Mārcum vid____.
3. Iūlia Aemili____ nōn videt, et e____ vocat.
4. Māter fīli____ interrogat.
5. Aemilia: “Quis m___ vocat?”
6. Quīntus Aemiliae respondet: “Iūlia t___ vocat”.
7. Aemilia Mārcum verber____.
8. Mārcus plōrat, quia Aemilia e____ verberat.
9. Iūlius puer____ audit.
10. Iūlius puer____ improb____ verberat.
11. Puer probus parv____ puell____ nōn pulsat.
12. Quīntus Iūli____ nōn pulsat.

| *nōm.* | *acc.* | *verbum* |
|---|---|---|
| | -um | |
| | -am | -at |
| -us | eum | -et |
| -a | eam | -it |
| | mē | |
| | tē | |

### Exercitium quārtum

*Exemplum:* Mārcus pulsat, Iūlia cantat.
= Mārcus pulsat Iūliam, quae cantat.

quī
quae

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



## Exercitium tertium




*praepositiōnēs cum acc.*
*praepositiōnēs cum abl.*

1. Ursus _____ Iūlium, Dāvus autem _____ eum est.
2. Iūlius _____ Ursum et Dāvum est. Iūlius _____ lectīcā est.
3. Iūlius sōlus _____ viā nōn est, sed _____ servīs (=_____ Iūlium servī sunt) et _____ Aemiliā.
4. Mēdus _____ oppidō Rōmam it. _______ Rōmam mūrus est.
5. Iūlius Tūsculō _____ vīllam it: nōn ambulat, sed lectīcā vehitur.
6. Iam servī, quī lectīcam portant, fessī sunt: nam Iūlius nōn _____ Tūsculum, sed _____ vīllam suam est.
7. Aemilia Iūlium audit et _____ vīllā _____ eum it.

## Exercitium quārtum

*praepositiōnēs cum acc.*
*praepositiōnēs cum abl.*

1. Inter Rōm____ et Brundisi____ Via Appia est; inter Rōm____ et Capu____ Via Latīna est. In Itali____ multae viae sunt.
2. In vīll____ multa cubicula sunt. In hort____ multae rosae sunt.
3. Aemilia in peristȳl____ est. Iūlia in hort____ est, et rosās carpit. Puerī Iūliam vocant, quae ex hort____ cum ros____ venit. Quō it Iūlia? Ad Aemili____ it.
4. Quō it Iūlius? Iūlius ab oppid____ ad vīll____ su____ it. Vīlla eius prope Tūscul____ est. Dominus in vi____ est cum quattuor serv____: Ursus est ante lectīc____, Dāvus autem, cum Syr____ et Lēandr____, post e____ ambulat.
5. Cornēlius quoque in Vi____ Latīn____ est, inter Rōm____ et Tūscul____; sed is sōlus est, sine serv____.

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



6. Mārcus et Quīntus in ātri____ sunt: aquam ex impluvi____ sūmunt, et rosās in aqu____ pōnunt.
7. Mēdus quoque in Vi____ Latīn____ ambulat: Rōmam ad amīc____ su____ it. Post Mēd____ vīlla, ante e____ Rōma est.
8. Circum Rōm____ est magnus mūrus antīquus. In mūr____ sunt duodecim portae.
9. Dominus ad vīll____ it. Apud ōsti____ servus est. Iūlius cum serv____ est, sed sine Mēd____, quī Rōmae apud amīc____ su____ est.
10. Dēlia ex ātri____ venit et Aemiliam vocat: "Venī, domina! Venī! Quīntus in impluvi____ est, tēque vocat".

**Exercitium quīntum**

*Exempla:* Servus saccum portat. = Saccus ā servō port<u>ātur</u>.
Servī saccōs portant. = Saccī ā servīs port<u>antur</u>.

| | | |
|---|---|---|
| [1] | -at | -ant |
| | -ātur | -antur |
| [2] | -et | -ent |
| | -ētur | -entur |
| [3] | -it | -unt |
| | -itur | -untur |
| [4] | -it | -iunt |
| | -ītur | -iuntur |

1. Mārcus Iūliam pulsat. =
2. Quīntus Mārcum videt. =
3. Quīntus Aemiliam vocat. =
4. Iūlius Quīntum audit. =
5. Dominus servum interrogat. =
6. Iūlius nummōs numerat. =
7. Ancillae dominam salūtant. =
8. Dominus servōs vocat. =
9. Aemilia Mārcum Quīntumque interrogat. =
10. Dāvus sacculum in mēnsā pōnit. =
11. Iūlius baculum sūmit. =
12. Aemilia līberōs amat. =
13. Puerī rosās in aquā pōnunt. =
14. Iūlia rosam carpit. =
15. Servī lectīcam portant. =
16. Aemilia līberōs vocat. =
17. Dominus improbōs servōs verberat. =
18. Improbī servī dominum īrātum timent. =
19. Servus improbus servum probum accūsat. =
20. Iūlius nummum pōnit in sacculō Dāvī. =

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



**Exercitium sextum**

Quid videt Iūlius? Iūlius videt …



© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



gaudet quod *cum indicātīvō*

**Exercitium octāvum**

*Exemplum:* Māter Quīntum vīvum esse gaudet.
= Māter gaudet quod Quīnt<u>us</u> vīv<u>us</u> <u>est</u>.

1. Aemilia Iūlium advenīre gaudet. =
2. Pāstor canem bonum esse gaudet. =
3. Lȳdia Mēdum adesse gaudet. =
4. Albīnus Mēdum pecūniam habēre gaudet. =
5. Aemilia ancillās māla et pira accipere gaudet. =
6. Dominī pāstōrēs probōs esse gaudent. =
7. Iūlia sōlem in caelō lūcēre gaudet. =
8. Servī dominum baculum nōn sūmere gaudent. =
9. Pāstor umbram sub arbore esse gaudet. =
10. Fēminae virōs ōrnāmenta emere gaudent. =

*acc. cum īnf. passīvī pōnitur apud* videt, audit

**Exercitium nōnum**

*Exemplum:* Quīntus ā patre portātur. Quid videt Aemilia?
= Aemilia Quīnt<u>um</u> ā patre port<u>ārī</u> videt.

1. Servī ā dominō vocantur. Quid audiunt ancillae? =
2. Baculum ā dominō sūmitur. Quid videt servus? =
3. Cornēlius equō vehitur. Quid videt Mēdus? =
4. Taberna ā Lȳdiā digitō mōnstrātur. Quid videt Mēdus? =
5. Iūlius ā servō salūtātur. Quid audit Aemilia? =
6. Rosae līliaque ab Iūliā carpuntur. Quid videt Syra? =
7. Iūlius ā Mārcō vocātur. Quid audit Aemilia? =
8. Quīntī pēs ā medicō tangitur. Quid videt Syra? =
9. Quīntī vēna ā medicō cultrō aperītur. Quid videt Syra? =
10. Sanguis dē bracchiō Quīntī ā mātre dētergētur. Quid videt Iūlius? =

*acc. cum īnf.*

**Exercitium decimum**

1. Mārcus Quīnt____ cad____ videt, et perterritus est: e____ enim mortu____ es____ putat.
2. Iūlius advenit, et Quīnt____ spīr____ videt: ergō Iūlius ‘puer____ vīv____ es____’ dīcit.
3. Quīntus aeger est; puer____ autem aegr____ dorm____ necesse est.
4. Lȳdia ānul____ ad digitum medium conven____ nōn sentit: ergō ‘ānulum in digitō quārtō pōn____ necesse es____’ dīcit.

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



loquī
opperīrī
orīrī
proficīscī
sequī
verērī

Quō ___________ (= abit) Mēdus? Rōmam it, ubi amīca eum _________ (= exspectat). Mēdus sē vertit, et vīllam _________ (= aspicit): vir eum _________ (= post eum venit), ergō Mēdus currere incipit. In viā currēns _________ (= cadit), sed statim surgit. Sēcum _________ (= verba facit): "Quis est ille vir, quī post mē ambulat?"

Dum haec dīcit, Mēdus post arborem sē occultat, et caelum ātrum fit. Vir caelum spectat et ad vīllam redit; Mēdus autem _________ (= gaudet). Paulō post Mēdus Rōmam advenit, ubi Lȳdia, amīca eius, multa ōscula eī dat eumque __________ (= bracchia circum eius corpus pōnit).

### Exercitium tertium

*ablātīvus absolūtus*
1: cum adiectīvō

*Exempla: Dum* ventus secundus est, nāvēs ē portū ēgrediuntur.
= Vent<u>ō</u> secund<u>ō</u> nāvēs ē portū ēgrediuntur.
*Quia* ōstium clausum est, Iūlius intrāre nōn potest.
= Ōsti<u>ō</u> claus<u>ō</u>, Iūlius intrāre nōn potest.

1. Dum mare tranquillum est, nautae laetī nāvigant. =
2. Quia fenestra aperta est, āēr in cubiculum intrat. =
3. Dum caelum serēnum est, nāvis ē portū ēgreditur. =
4. Dum vīvī sunt hostēs, mīlitēs pugnāre nōn dēsinunt. =

### Exercitium quārtum

*ablātīvus absolūtus*
2: cum participiō
(-nte -ntibus)

*Exemplum: Dum / Quia* gallus canit, Mārcus excitātur.
= Gall<u>ō</u> canent<u>e</u>, Mārcus excitātur.

1. Quia Mārcus clāmat, pater accurrit. =
2. Quia līberī in hortō lūdunt, Iūlius dormīre nōn potest. =
3. Dum Iūlia rosās carpit, Mārcus Quīntusque rīdent. =
4. Dum medicus vēnam aperit, puer oculōs claudit. =
5. Quia canis lātrat, lupus montēs petit. =
6. Quia tabernāriī clāmant, multī hominēs apud tabernās cōnsistunt. =
7. Dum hostēs impetum faciunt, mīlitēs arma sūmunt. =
8. Dum sōl oritur, gallus canit. =
9. Dum ovēs in umbrā iacent, pāstor in silvam intrat. =
10. Dum magister recitat, discipulī dormiunt. =

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Dum Sextus magistrum salūtat, Mārcus ad lūdum advenit.
= Sextō magistrum salūtante, Mārcus ad lūdum advenit.

Dum sōl oritur et Quīntus in lectō cubat, Mārcus sōlus ad lūdum it. Rēs suās sēcum ferēns, dum canis lātrat, ē vīllā exit. Mārcus sē puerum fortem esse putat, neque canēs timet.

Dum Mārcus in viā ambulat, Sextus quoque et Titus lūdum petunt. Paulō post, Mārcum ambulantem vident, et post arborēs sē occultant. Dum Sextus Titusque sē occultant, Mārcus pāstōrēs procul in campō cum ovibus intuētur. Ovēs nunc perterritae currunt, quia lupī in silvā ululant. Mārcus vērō rīdet: nam lupōs nōn timet.

Dum puer sē vertit, lupī vōx audītur. Vōx nōn procul, sed prope est. Mārcus quoque nunc timet, ut ovēs. Dum puer circum sē spectat, Sextus et Titus folia quae post arborēs in terrā sunt movent. Mārcus horret, quia lupus advenit. Quid igitur facit Mārcus? In arborem ascendit, dum lupus prope ululat.

Dum Mārcus perterritus in arborem ascendit, Sextus Titusque multa folia movent, atque magnā vōce ululant. Iam Mārcus multum timet et, dum arborem ascendere cōnātur, ad terram cadit. Tum oculōs claudit et clāmat, dum amīcī rīdent sēque ostendunt.

**Exercitium sextum**

1. Quī multum pecūni___ habet, pecūniōsus est.
2. In parvō rīvō paulum aqu___ est.
3. Quīntus nōn multum sanguin___ habet.
4. Ovēs multum herb___ ēsse solent.
5. Pāstor paulum pecūni___, sed multum pān___ sēcum fert.
6. Nautae multum aqu___ ē nāve hauriunt.
7. Lȳdia nihil pecūni___ habet.
8. Mēdus multum pecūni___, sed nihil cib___ habet.

*genetīvus partītīvus* (< pars)

multum, paulum, nihil } *cum gen.*

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



**Exercitium tertium**

*Exemplum: Herī* Iūlia rosās __________ [carpēbat].
= *Crās* Iūlia rosās carp<u>et</u>.

*futūrum*

_____ [Herī] Quīntus in lectō _________ [iacēbat], Mārcus autem in lūdō cum Sextō Titōque ______ [erat]. Discipulī improbī nōn sōlum prāvē _________ [scrībēbant] et male __________ [computābant], sed etiam __________ [dormiēbant], quamquam magister __________ [recitābat]. Discipulī igitur ā magistrō īrātō sevērē ______________ [reprehendēbantur] et baculō ___________ [pūniēbantur].

herī = diē ante hunc diem (↔ crās)

Magister: "Quod mē _________ [rīdēbās], Mārce, sevērius quam cēterī discipulī ____________ [verberābāris]". Mārcus: "Tē nōn magis ________ [rīdēbam] quam Sextus et Titus, quī ________ [dīcēbant] 'tē magistrum stultum esse'". Sextus Titusque: "Nōs tē recitantem _________ [audiēbāmus], magister, neque id quod Mārcus in tabulā ________ [scrībēbat] _________ [dīcēbāmus]: 'Diodōrus magister *h*asinus est'".

Diodōrus: "Hoc __________ [scrībēbās], Mārce? Ergō nōn sōlum mē _________ [rīdēbās], sed etiam prāvē ________ [scrībēbās]: *asinus* enim sine H litterā scrībitur! Bis igitur ā mē _____________ [verberābāris]!"

**Exercitium quārtum**

*Exempla:* Aemilia abit. Iūlius: "Manē!" (= "Nōlī abīre!")
Aemilia et Iūlius abeunt. Iūlia: "Manēte!" (= "Nōlīte abīre!")

nōlī / nōlīte } *et īnf.*

1. Iūlia cantat. Mārcus: "Tacē!" (= "_______________!")
2. Mārcus currit. Iūlia: "Cōnsiste!" (= "_______________!")
3. Puerī dormiunt. Aemilia: "Surgite!" (= "________________!")
4. Aemilia discēdit. Quīntus: "Manē, māter!" (= "___________!")
5. Līberī loquuntur. Aemilia: "Silēte!" (= "_________________!")
6. Iūlius proficīscitur. Iūlia: "Manē, tata!" (= "______________!")
7. Mārcus Quīntusque cōnsistunt. Iūlius: "Ambulāte!" (= "_____ ______________!")
8. Quīntus oculōs claudit. Medicus: "Oculōs aperī!" (= "_____ oculōs _________!")

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



## Exercitium quārtum

*acc. cum īnf. perfectī*

*Exemplum:* Magister: "Mārcus improbus fuit".
= Quid ait magister? Magister dīcit 'Mārcum improbum fuisse'.

1. Magister: "Mārcus prāvē scrīpsit". =
2. Magister: "Mārcus male computāvit". =
3. Magister: "Omnēs discipulī in lūdō dormīvērunt". =
4. Magister: "Mārcus et Titus discipulī improbī fuērunt". =
5. Magister: "Sextus bene recitāvit". =

Iūlius: "Medicum vocāvī".
= Quid ait Iūlius? Iūlius dīcit 'sē medicum vocāvisse'.

6. Iūlius: "Bene dormīvī". =
7. Iūlius: "Fīliam laudāvī". =
8. Iūlius: "In hortō ambulāvī". =
9. Iūlius: "Epistulam scrīpsī". =
10. Iūlius: "Servōs vocāvī". =

Aemilia: "Mēdus (: is) malus servus fuit".
= Quid ait Aemilia? Aemilia dīcit 'Mēdum (: eum) malum servum fuisse'.

11. Aemilia: "Medicus (: ____) stultus fuit". =
12. Aemilia: "Ancillae (: ____) Quīntum nōn audīvērunt". =
13. Aemilia: "Līberī (: ____) longum tempus dormīvērunt". =
14. Aemilia: "Aemilius (: ____) hostium castra oppugnāvit". =
15. Aemilia: "Iūlia (: ____) cum Syrā in hortō ambulāvit". =

## Exercitium quīntum

*acc. cum īnf. perfectī āctīvī et passīvī*

*Exemplum:* Iūlius: "Magister Mārcum laudāvit".
= Quid dīcit Iūlius? Iūlius 'magistrum Mārcum laudāvisse' (= 'Mārcum ā magistrō laudātum esse') dīcit.

1. Iūlius: "Domina ancillās vocāvit". =
2. Iūlius: "Bōs īrātus Mārcum cornū pulsāvit". =
3. Aemilius: "Rōmānōrum castra hostēs oppugnāvērunt". =
4. Iūlius: "Magister discipulōs pūnīvit". =
5. Iūlius: "Mārcus haec verba nōn scrīpsit". =
6. Iūlius: "Servī dominam nōn audīvērunt". =
7. Iūlius: "Probās ancillās domina laudāvit". =
8. Iūlius: "Mārcus Iūliam verberāvit". =

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Iūlius Mārcum putat crās improbum: esse / fuisse / futūrum esse.

1. Aemilius dīcit 'herī castra ab hostibus: oppugnārī / oppugnātum īrī / oppugnāta esse'.
2. Syra dīcit 'Iūliam nunc ā Mārcō: pulsātam esse / pulsārī / pulsātum īrī'.
3. Iūlius dīcit 'crās Dāvum Mārcum ad lūdum: ductum esse / ductūrum esse / ductum īrī'.
4. Tabellārius putat herī canem ā iānitōre: solūtum esse / solūtum īrī / solvī.
5. Iūlius dīcit 'posthāc improbōs servōs ā dominō sevērē: pūnītum īrī / pūnītūrōs esse / pūnīrī'.
6. Mārcus videt magistrum epistulam: scrībī / scrīptam esse / scrībere.
7. Quīntus audit ē vīllā herī Mēdum: fugere / fūgisse.
8. Mēdus Lȳdiae prōmittit 'sē novum dōnum: ēmptum īrī / ēmptūrum esse / ēmptum esse'.

**Exercitium sextum**

*īnfīnītīvus praesentis, praeteritī et futūrī*

*Exemplum:* Mārcus: "[Ego] bonus discipulus hodiē sum (esse), herī fuī (esse) et crās quoque erō (esse)".
= Mārcus 'sē bonum discipulum *hodiē* esse, *herī* fuisse et *crās* quoque futūrum esse' dīcit.

1. Pāstor: "Ovis herī ē campō ________ (fugere), et in silvam _________ (intrāre)". = Pāstor '…' dīcit.
2. Iūlius: "Mārcus herī in lūdō improbus _______ (esse), et ā magistrō ______________ (verberāre)". = Iūlius '…' dīcit.
3. Aemilia: "Mārcus posthāc magistrō _________ (pārēre), ac prōmissum _________ (facere)". = Aemilia … putat.
4. Aemilia: "Medicus stultus ______ (esse), neque Quīntum sānāre ________ (posse)". = Aemilia … putat.
5. Iūlius: "Posthāc Mārcus in viā nōn sōlus ____________ (ambulāre), sed ā Dāvō ad lūdum __________ (dūcere)". = Iūlius '…' dīcit.
6. Mēdus: "Herī Lȳdiae ānulum _______ (emere)". = Mēdus '…' dīcit.

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



## CAPITVLVM VNDETRICESIMVM

### Exercitium prīmum

*coniūnctīvus post* ut *fīnāle*

*Exemplum:* Syra fābulam dē Īcarō nārrat, quia Quīntum monēre vult.
= Syra fābulam dē Īcarō nārrat <u>ut</u> Quīntum mon<u>eat</u>.

1. Mēdus ē vīllā abit, quia amīcam vidēre vult. =
2. Polycratēs ānulum abiēcit, quia deōrum invidiam āvertere volēbat. =
3. Mercātōrēs nāvigant, quia pecūniam facere volunt. =
4. Iūlius rūs petīvit, quia cum colōnīs suīs loquī volēbat. =
5. Magister epistulam ad Iūlium mīsit, quia mercēdem accipere volēbat. =
6. Ex urbe ēgredimur, quia rūrī ambulāre volumus. =
7. Lūdum petitis, quia litterās et numerōs discere vultis. =
8. Daedalus ālās cōnfēcit, quia ē labyrinthō ēvolāre volēbat. =
9. Rēgēs ex Oriente in Iūdaeam vēnērunt, quia Chrīstum adōrāre volēbant. =
10. Linguam Latīnam discis, quia librōs antīquōs legere vīs. =

### Exercitium secundum

*coniūnctīvus post* ut <u>*cōnsecūtīvum*</u> (< cōn-sequī)

*Exempla:* Nēmō <u>tam</u> stultus est <u>ut</u> haec nōn *intellegat.*
Īnfāns <u>ita</u> vāgit <u>ut</u> māter *excitētur.*
<u>Tanta</u> erat rēgis potestās <u>ut</u> omnēs eum *timērent.*

1a. Īcarus tam temerārius est ut prope Sōlem vol______.
1b. Īcarus tam temerārius erat ut prope Sōlem vol______.
2a. Quīntus ita aegrōtābat ut ē lectō nōn surg______.
2b. Quīntus ita aegrōtat ut ē lectō nōn surg______.
3a. Iānitōris canis tam ferōx erat ut catēnam rump_____.
3b. Iānitōris canis tam ferōx est ut catēnam rump_____.
4a. Tantus erat Mīnōtaurī timor ut omnēs Athēniēnsēs fugere cōn________.
4b. Tantus est Mīnōtaurī timor ut omnēs Athēniēnsēs fugere cōn________.
5a. Aemilia tam pulchra est ut eius pulchritūdō ab omnibus laud_______.
5b. Aemilia tam pulchra erat ut eius pulchritūdō ab omnibus laud_______.

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



10b. Iūlius nescit: "Ubi est Mēdus, et quō proficīscitur?" =
11a. Lȳdia Mēdum interrogat: "Cūr pecūniam surripuistī?" =
11b. Lȳdia Mēdum interrogāvit: "Cūr pecūniam surripuistī?" =
12a. Mēdus nōn intellegit: "Cūr ānulus ā Polycrate abiectus est?" =
12b. Mēdus nōn intellegēbat: "Cūr ānulus ā Polycrate abiectus est?" =
13a. Iūlius pāstōrem interrogat: "Cūr ovis ā lupō paene rapta est, et cūr tacēs?" =
13b. Iūlius pāstōrem interrogāvit: "Cūr ovis ā lupō paene rapta est, et cūr tacēs?" =
14a. Iūlia nesciēbat: "Ambulābisne et lūdum petēs, Quīnte?" =
14b. Iūlia nescit: "Ambulābisne et lūdum petēs, Quīnte?" =
15a. Mēdus nescit: "Quid mīlitēs facient? Abdūcentne mē Rōmam?" =
15b. Mēdus nesciēbat: "Quid mīlitēs facient? Abdūcentne mē Rōmam?" =

*gerundium et gerundīvum*

**Exercitium nōnum**

*Exempla:* parātus ad scrībend<u>um</u>; parātus ad epistul<u>am</u> scrībend<u>am</u>
cupidus scrībend<u>ī</u>; cupidus epistul<u>ae</u> scrībend<u>ae</u>
fessus scrībend<u>ō</u>; fessus epistul<u>ā</u> scrībend<u>ā</u>

1. Aemilius patri___ vidend___ cupidus est.
2. Magister discipulōs hortātur ad scrībend___. Magister discipulōs hortātur ad sententiās scrībend___.
3. Sextus sententiās scrībit. In scrībend___ Sextus dīligentissimus est omnium discipulōrum. In sententi___ scrībend___ Sextus dīligentissimus est.
4. Magister librum legit. Magister fīnem legend___ facit. Magister fīnem facit libr___ legend___.
5. Mīlitēs ad oppugnand___ parātī sunt. Mīlitēs parātī sunt ad castr___ oppugnand___.
6. Mārcus fābulam legit. Mārcus piger est in legend___. Mārcus piger est in fābul___ legend___.
7. Puerī discend___ causā lūdum petunt. Puerī litter_____ discend_____ causā lūdum petunt.
8. Quīntus fābulās audit. Quīntus audiend___ dēlectātur. Quīntus fābul___ audiend___ dēlectātur.

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016



9. Agricolae agrōs arant. Arātrum necessārium est ad arand___. Arātrum necessārium est ad agr___ arand___.
10. Classis Rōmāna cūncta maria percurrēbat ad nāv___ mercātōri___ tuend___ et ad praedōn___ persequend___.

**Exercitium decimum**

1. Aemilia Mārcum discipulum dīligentem _____ (= futūr___ esse) spērat.
2. Mīlitēs prōmittunt 'sē in bellō fortēs _____ (= futūr___ esse)'.
3. Aemilius pācem mox _____ (= futūr___ esse) spērat.
4. Īcarus prōmittit 'sē audācem nōn _____ (= futūr___ esse)'.
5. Domina ancillās probās _____ (= futūr___ esse) spērat.
6. Iūlius id _____ (= futūrum esse) spērat, ut Mēdus inveniātur.
7. Aemilius _____ (= futūrum esse) spērābat ut Aemilia plūrēs epistulās scrīberet.
8. Pāstor _____ (= futūrum esse) spērābat ut ovis in silvā reperīrētur.

fore = futūrum (-am -um -ōs -ās -a) esse

= I. spērat Mēdum inventum īrī.
= Ae. spērābat Aemiliam plūrēs epistulās scrīptūram esse.
= Pāstor spērābat ovem repertum īrī.

**Exercitium ūndecimum**

*Exemplum:*

Lēgātī ab hostibus missī sunt {
ut pācem peterent
ad pācem petendam
pācis petendae causā
pācem petītum

1. Mēdus Rōmam it …
ut Lȳdiam __________ (vidēre).
ad Lȳdiam __________ (vidēre).
Lȳdiam __________ (vidēre).
Lȳdiae __________ (vidēre) causā.
2. Classis Rōmāna cūncta maria percurrēbat …
ut nāvēs mercātōriās __________ (tuērī).
ad nāvēs mercātōriās __________ (tuērī).
nāvium mercātōriārum ___________ (tuērī) causā.
3. Mīlitēs Rōmānī in Germāniam iērunt …
ut Germānōs ___________ (oppugnāre).
ad Germānōs ____________ (oppugnāre).
Germānōrum ____________ (oppugnāre) causā.
Germānōs ____________ (oppugnāre).

*sententiae fīnālēs:*
(1) ut / nē *et coni.*
(2) ad *cum acc. gerundiī / gerundīvī*
(3) causā *post gen. gerundiī / gerundīvī*
(4) *supīnum*

© Roberto Carfagni - Schola Latina 2016

## INDEX GRAMMATICVS

[*Numerī crassī* **1**. **2**. **3**. ... *capitula, numerī tenuēs* 1, 2, 3 ... *exercitia significant.*]

A
***ab / ā*** cum abl. **5**.2; **6**.5
– ad *quaerere* et *petere* **32**.1
**ablātīvus** **5**.1, 2
– = *ab* cum abl. **6**.1; **20**.6; **25**.2; **27**.7
– absolūtus **16**.3, 4, 5; **22**.3, 4, 5; **29**.10; **33**.4
– ad comparātīvum, *ante, post* **16**.7
– ad verba passīva **6**.10
– argūmentī **20**.7
– *aspergere, dōnāre …* **30**.5
– comparātiōnis **24**.6
– īnstrūmentī **6**.10; **10**.6; **12**.10
– līmitātiōnis **11**.11
– māteriae **22**.6
– post praepositiōnēs **5**.2; **6**.2, 3, 4
– pretiī **8**.7
– quālitātis **32**.13
– temporis **13**.3, 4
– v. etiam *in*
**accūsātīvus** **3**.2, 3; **5**.3
– ad *altus, lātus, longus* **12**.9
– = *ad* cum acc. **6**.1; **20**.6; **25**.2; **27**.7
– ad *nātus* **33**.14
– *aspergere, dōnāre …* **30**.5
– cum īnfīnītīvō **10**.4; **11**.4, 5, 6, 7, 9, 10; **21**.4, 5, 6, 7, 8; **23**.2, 3, 4, 5, 6; **24**.5; **26**.4, 6; **27**.5; **31**.4; **34**.2
– *decet, fugit …* **34**.1
– duplex **18**.9
– exclāmātīvus **29**.12
– *meminisse, oblīvīscī …* **32**.10, 11
– post praepositiōnēs **6**.2, 3, 4
– temporis **13**.5
– v. etiam *in*
**āctīvum** **6**.6
**adiectīva**
– I et II dēcl. **9**.2, 4, 5, 6; **11**.1, 2; **12**.2; **13**.2; **18**.1
– III dēcl. **12**.2, 4, 5
– cfr. *comparātīvus; superlātīvus*
**adverbia** **18**.2, 5; **30**.6
– cfr. *comparātīvus; superlātīvus*
– locī **27**.7
– numerālia **18**.8

C
**comparātīvus**
– adiectīvī **12**.6, 7, 8; **18**.1; **19**.6
– adverbiī **18**.3, 5
**coniugātiō periphrastica**
– āctīva: v. *participium (futūrī)*
– passīva: v. *gerundīvum*
**coniūnctīvus**
– dubitātīvus **29**.6
– ēventuālis **33**.6
– hortātīvus **30**.3
– imperfectī **28**.1, 2, 3, 4
– irreālis **33**.5, 6
– optātīvus **32**.4; **33**.5
– perfectī **32**.2, 3
– plūsquamperfectī **33**.1
– praesentis **27**.1, 2, 3, 4, 5
**cōnsecūtiō temporum**
– coniūnctīvī **28**.5, 6, 7, 8, 9; **29**.4, 5, 8, 9; **33**.2, 3, 4, 8
– indicātīvī **21**.1, 2; **24**.2; **30**.2
**cōnsecūtīva, sententia** **29**.2, 3
***cum***
– concessīvum **32**.7
– nārrātīvum et causāle **29**.7, 8, 9, 10; **33**.1, 2, 3, 4